



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

sed diversis subsunt; & tunc refert utrum
 pœna confiscationis reo inferatur ex le-
 ge, quæ utriq; loco communis sit, an ex
 statuto proprio: priore casu Judex loci, in
 quo reus condemnatur, confiscabit om-
 nia bona mobilia: immobilia verò bo-
 na, quæ reus possidet, in suo territorio:
 alter verò Magistratus, alia immobilia
 bona. Posteriore autem casu bona extra
 territorium posita confiscationi subiecta
 non sunt. ut benè *Clarus q. 7. 8. n. 27. Bal-
 in L. 1. n. 26. C. de Sum: Trin: Farinacius. de
 de heresi. q. 190. n. 166.*

26. Non placet sententia *Innocentij: in
 cap: postulasti, 14. de foro comp: quem sequitur
 ibid: Abb: n. 16. contra Host: & Ioan And. ibi-
 dem.* Si Magistratus statutum condat, ut
 ob crimen adulterii v. g. possessiones cri-
 minosi confiscentur, quod afficiat etiam
 possessores extraneos, & alioquin non sub-
 ditos, eò quod in rem & non in personam
 conceptum sit. Verumtamen intentio
 statuentium, & effectus statuti confide-
 rari debet potius, quàm eius verba. Ap-
 paret autem qualitercunque verba con-
 cipiantur, causam statuendi esse crimen
 adeo

adeoque tam in statuentium, intentione, quam effectu, statutum esse pœnale, quo extranei obligari non possunt. Id rectè docet idem *Innocent: cap postulaſti cit.* Si extraneus, qui sub hoc Magistratu possessiones habet, extra provinciam Magistratû offendat, aut subditos eius, quòd eum punire non possit in possessionibus: Sed imprimis pro illata injuria satisfactionem petere debet à delinquente, & Superiore eius: qui si satisfacere negligant, tum demum permissum erit apprehendere bona offendentis, donec satisfactum sit. Quod etiam in tributis fieri consuevit, ut si ea extraneus possessor Principi non pendat, eius ratione possessiones in loco sitæ apprehendi possint, quippe cum tributorum nomine obligatæ censeantur. *Bald: in L. jubemus nullam. 10. C. de SS. Eccles.* *Abbas in cit. cap. postulaſti n. 12.*

27. Difficultas restat celebris, an Actor qualitatem fundantem jurisdictionem Judicis, expressè allégare debeat: Resp. cum *Innocentius in cap. cæterum. num. 2. de Iud:* Si qualitas fundans huiusmodi jurisdictionem Judicis, quæstioni principali